Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36446
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



82 LIB

frustra nos ad hx turens latrionem confugere. ne blasphemum uideatur esse.
quod iuxta hebreicum dicitur. Audita audire. & nolite intellegere. Et
uid & eusionem. & nolite cognoscere. Cum huiuscemodi testimonia. & iam
in hx in tpub: repperiamus. ut est illud in exodo. quod ad faraonem dicitur.
propter ea suscitaui te ut ostendam in te uirtutem meam; si autem ipse suscitauit. &
induratum cor pharaonis nec credere. & de alius dicitur. Dedit illis ds spm
conpunctionis. oculos ut non uideant. & aures ut non audiant. Et in psalmis.
fiat mensa eorum in laqueum & captionem. & in scandalum & in retributionem.
obscurentur oculi eorum ne uideant. & dorsum eorum semper incurua. Non
sunt illi inculpati qui non uident. sed ille qui dedit oculos ad non uidendum.
Ergo & absq: hoc testimonio quod nunc conamur exponere. manet eadem questio
in ecclesiis. & aut cum ista soluentur. & cetera. aut cum cesserit. & haec indissolubilis erit; locum istum beatus apostolus paulus plenius explicat ad romanos.
& quod ille paene tota epistola prosequitur. se nos superfluum sciemus. si uoluerimus breuiter sermone conprehendere; Dicit enim post multa; conclusit ds omnia
in incredulitate. ut omnib: misereatur. Ad mirensq: dni sacramenta inculit.
O profundum diuitiarum. & sapientiae & scientiae ds. quam inscrutabilia
iudicia eius. & inuestigabiles uiae eius. & rursum de iudeorum incredulitate
disputans. ait. Numquid sic peccauerunt ut caderent. absit; sed illorum
delictum salus gentium ad aemulandum eos. & post modicum; si enim
abiectio eorum reconciliatio mundi. quae adsumptio eorum. nonne uita ex
mortuis. & rursum; nolo enim uos ignorare fratres mysterium hoc. ut
non sitis uobis ipsis prudentes. quia caecitas ex parte facta est israel. donec
plenitudo gentium introeat. & tunc omnis israel saluus fiet. & post paulo.
iuxta euangelium quidem inimici propter uos. iuxta electionem autem dilecti
propter patres; absq: paenitentia enim sunt donationes. & uocatio ds.
sicut enim inquit uos aliquando non credidistis ds. nunc autem estis misericor
dia consecuti. propter horum incredulitatem. sic & isti nunc non credi de
runt in uestre misericordia ut & ipsi misericordia consequantur. Conclusit enim ds omnia
sub peccato. ut omnib: misereatur. Ergo non est crudelitas ds. sed mi
sericordia. una peri regentem. ut omnes saluti fiant. Iudaeorum